



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 32.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Caput 29.
Greg. 3. gest.
Franc. 6. 4.



Huringiorum tres fratres regnabant, Badericus, Ermenfredus, & Bertharius. Ermenfredus Bertharium interfecit, instigante vxore Ermenfredi nequissima, cui nomen Amalberga; & Badericum germanum suum consilio Theodorici interfecit. Ipse vero à Theodeberto filio Theodorici interfectus est. Regnum Thoringorum Francorum ditioni subditum est.

b. Gothorum
F. d. subactum

Caput 30.

e. al. Sichismū-
dus apud Ge-
nauensē.
fort. Agaunen-
sem. Vide Greg.
3. c. 5. Aimon.
3. c. 4.



Vndebadi filius Syghismundus apud Ardegaunensem urbem villa Quadruiuio, iussu patris, sublimatur in regno, habens vxorem filiam Theodorici Regis Italiae, vnde habebat filium nomine Sighiricum. Ea mortua aliam duxit vxorem. Filium suum Sighiricum nouercae insidijs iussit interfici. Vnde postea fortem pœnitentiam agens, monasterium Sanctorum Agaunensium miri operis construxit, & alia plura monasteria ædificauit. Chrothechildis assidue filios admonebat in hostem patris, matrisq; ac germanorum suorum. Quam ob causam illi Burgundias appetūt, Sigismundum & Godemarum in prælio vincunt.

Caput 31.



Lodomerus Sigismundum, dum ad monasterium Sanctorum Agaunensium fugeret, captum, cum vxore & liberis Aurelianos adducit. Godemaris terga vertens latuit. Godemaris resumptis viribus regnum Burgundiæ tener. Chlodomeris iterum aduersus Godemarem exercitum mouit, interfecto Sigismundo & vxore cum liberis, vt prædictum est.

Caput 32.



Chlodomerem, ab Auito Abbate, quod fecerat Sigismundo, prædictum est ipso itinere passurū. Cumq; Veforontia Franci cum Burgundionib; bellum inissent, Chlodomerus capite truncat, deceptus ab auxilijs Theodorici, qui filiā Sigismūdi habebat vxorē.

Fran-